5

TAXA
FORI METROPOLITANI
BENEVENTANI,

Et Curiarum Epiſcopalium ejusdem Provinciæ.

Ad formam taxarum ejusdem Curiæ Metropolitanæ, editarum per clar. mem. Cardinalem Arigonium Archiepiſcopum anno Domini 1610. & fel. rec. Joannem Baptiſtam Foppam, paritèr Archiepiſcopum, prævia reviſione, ac examine facto à particulari Congregatione, deputata de ordine Sanctiſſimi, confirmatarum, & approbatarum à Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium ſub die 13. Martii 1653.

Legit in Synodico pag: 693.

Pleniùs tamen, & per ordinem digeſta

Ab Eminentiſſ. & Reverendiſſ. in Chriſto Patre, & Dño, Dño

FR. VINCENTIO MARIA ORDINIS PRÆDICATORUM
Miſeratione Divina Tituli S. Sixti S.R.E. Presbytero
Cardinali Urſino Archiepiſcopo Metropolita.

De mandato Concilii Provincialis; & ab eodem confirmata, mediante decreto Conciliari, lato in 3. ſeſſ. ſub die 16. Aprilis 1693.



NEAP. Typis Joſephi Roſelli 1693.)(*Super. licentia.*

PRO CIVILIBUS

CAP. I.

Particulæ contentæ in taxa Arigonia *ſunt notatæ in margine ſub verbo Arig. & particulæ contentæ in taxa* Foppa, *ſunt pariter notatæ in margine verbo Fop. reliquæ verò appoſitæ ſunt ex decreto Concilii Provincialis.*

	Vicario				Cancellario		
Arig.	0.	0.	0.	PRo qualibet præſentata libelli, ſcripturæ, vel articulorum	0.	0.	10.
Arig.	0.	0.	5.	Pro ſimplici citatione in ſcriptis civili, ſeù mandato ad comparendum, ſeù intimetur parti	0.	0.	5.
Arig.	0.	0.	10.	Pro citatione cum inſerta forma petitionis	0.	0.	10.
Arig.	0.	0.	0.	Pro qualibet inſtantia, ſeù reproductione citationis	0.	0.	2.
Arig.	0.	0.	0.	Pro qualibet replicatione	0.	0.	1.
Arig.	0.	0.	0.	Prò electione domicilii ad finem citandi	0.	0.	10.
Fop.	0.	0.	0.	Pro copia primæ, vel alterius petitionis, vel cujuslibet ſcripturæ privatæ	0.	0.	10.
	0.	0.	10.	Pro mandato juſtificato cum clauſula juſtitiæ	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Pro qualibet contumacia in cauſa civili	0.	0.	5.
	0.	1.	0.	Pro intimatione cauſæ authori laudato cum inſertione	0.	1.	0.
	0.	0.	10.	Pro primo decreto, quod intimetur parti ad dicendum contra petita, & conſtituendum Procuratorem.	0.	0.	10.
Arig.	0.	0.	0.	Pro conſtitutione Procuratoris penes acta, vel ſubſtitutione	0.	0.	10.

	Vicario.				*Cancellario.*		
Fop.	o.	o.	5.	Pro præſentatione mandati procuræ, etiam ſi ſit in pergameno	o.	o.	5.
	o.	o.	10.	Pro conſtitutione Procuratoris facta per minorem cum authoritate Vicarii Generalis	o.	o.	10.
	o.	o.	o.	Pro juramento calumniæ	o.	o.	5.
Arig.	o.	o.	o.	Pro cautione expenſarum	o.	o.	10.
Arig.	o.	o.	10.	Pro quolibet decreto interlocutorio ante litis conteſtationem	o.	o.	10.
Arig.	o.	o.	5.	Pro qualibet litis cõteſtatione	o.	o.	5.
Arig.	o.	o.	10.	Pro termino probatorio	o.	o.	10.
Arig.	o.	o.	5.	Pro prorogatione termini	o.	o.	5.
	o.	o.	10.	Pro decreto admiſſionis articulorũ	o.	o.	10.
Arig.	o.	o.	o.	Pro qualibet reſponſione, ſeù depoſitione principalis ſuper articulis, ſeù poſitionibus, grana duo pro quolibet articulo; dummodo non excedant grana decem	o.	o.	10.
	o.	o.	10.	Pro decreto electionis Examinatoris	o.	o.	10.
				Idem ſervetur in electione, vel confirmatione Interpretum.			
	o.	o.	5.	Pro citatione ad teſtes	o.	o.	5.
Arig.	o.	o.	o.	Pro examine cujuſvis teſtis	o.	o.	10.
	o.	o.	o.	Quod ſi articuli ſint pluſquam decem uſque ad viginti	o.	1.	o.

Si verò articuli excedant hunc numerum, pars ſe concordet cum Cancellario, coram Vicario Generali.

Si teſtes ſunt examinandi coram Vicario, ad inſtantiam partis, ſervetur idem, quod de Cancellario, ſcilicet uſque ad decem articulos, grana decem, & uſque ad viginti, caroleni duo pro Vicario, ultrà Cancellarium.

Si pars adverſa præſentet interrogatoria, & petat ſuper illis examinari teſtes, pars illa præſentans, ſol-

	Vicario.				*Cancellario.*		
				ſolvet Cancellario granum unum pro quolibet interrogatorio, & totidem Vicario, ſi fiet examen coram ipſo.			
	0.	0.	10.	Pro commiſſione examinandi teſtes in cauſa civili extra Curiam	0.	0.	10.
	0.	1.	0.	Si verò committatur extra Civitatem	0.	1.	0.
Arig.	0.	0.	0.	Pro accommodatione proceſſus ad finem percunctandi uſque ad fol. quinquaginta	0.	1.	0.
Arig.	0.	0.	0.	A fol.50.uſque ad centum	0.	2.	10.
Arig.				A centum ultra, non excedat carolenos decem, quod ſervetur, licet pluries accommodetur.			
	0.	0.	10.	Pro decreto publicationis	0.	0.	10.
				Pro decreto termini in cauſa repulſæ, ſervetur proùt de termino probatorio.			
				Pro examine in cauſa repulſæ ſervetur idem, proùt dictum eſt de examine teſtium.			
Arig.	0.	0.	10.	Pro decreto concluſionis	0.	0.	10.
	0.	0.	5.	Pro citatione ad dicendum	0.	0.	5.
	0.	0.	5.	Pro citatione ad ſententiam	0.	0.	5.
Arig.	0.	1.	10.	Pro ſententia diffinitiva, aut interlocutoria, vim diffinitivæ habente, uſque ad ducatos viginti quinque, caroleni quinque	0.	1.	9.
Arig.	1.	0.	0.	Et à ducatis vigintiquinque uſque ad ducatos quinquaginta, Iudici ducatum unum, Actuariis quinque caroleni	0.	2.	10.
Arig.	2.	2.	10.	Et à ducatis quinquaginta uſque ad ſummam ducatorum quingentorum ſolvantur Iudici caroleni vigintiquinque, Actuariis verò caroleni duodecim cum dimidio	1.	1.	5.
Arig.				Pro ſententia diffinitiva, quæ excedit ſummam ducatorum quingento-			

to-

	Vicario.		Cancellario.
	5. 0. 0.	torum, & non excedit ſummam ducatorum mille, ſolvantur Iudici ducati quinque, Actuariis verò caroleni vigintiquinque	2. 2. 10.
Arig.	10. 0. 0.	Et quando excedit ſummam ducatorum mille, & non excedit ſummam ducatorum mille, & quingentorum, ſolvantur Iudici ducati decem, Actuariis ducati quinque	5. 0. 0.
Arig.	15. 0. 0.	Et quando excedit ſummam ducatorum mille, & quingentorum, & non excedit ſummam ducatorum duorum millium, ſolvantur Iudici ducati quindecim, Actuariis verò ſeptem cum dimidio	7. 2. 10.
Arig.	20. 0. 0.	Et quando excedit ſummam ducatorum duorum millium, & non excedit ſummam ducatorum duorum millium, & quingentorum, ſolvantur Iudici ducati viginti, Actuariis decem	10. 0. 0.
Arig.	25. 0. 0.	Et quando excedit ſummam ducatorum duorum millium, & quingentorum, ſolvantur Iudici ducati viginti quinque, Actuariis duodecim cum dimidio	12. 2. 10.
	0. 0. 0.	Pro lecta lata cuiuscumque decreti, vel ſententiæ	0. 0. 10.
	0. 1. 0.	Pro proviſione cum inſerta forma ſententiæ ad finem intimandi	0. 1. 0.
		Pro decreto, quod capiatur ſummaria informatio, ſolvatur, prout dictum eſt de decreto interlocutorio.	
		Pro facultate ad dicendum, ſivè de monitione ad ſententiam, ſervetur, prout dictum eſt ſupra de citatione ad ſententiam.	
Arig.	0. 0. 10.	Pro decreto admiſſionis appellationis	0. 0. 10.

Pro

	Vicario.		*Cancellario.*
		Pro Apoſtolis dantur Vicario, ſi cum allegatione jurium, arbitrio Archiepiſcopi inſpecto labore; & Cancellario	0. 1. 0.
Ex Fop.	0. 0. 10.	Pro litteris executorialibus uſque ad ducatos ſex	0. 0. 10.
	0. 1. 10.	A ducatis ſex uſque ad quindecim	0. 0. 10.
	0. 1. 10.	A ducatis quindecim uſque ad viginti quinque	0. 1. 0.
	0. 1. 15.	A ducatis viginti quinque uſque ad quinquaginta, vel majorem ſummam	0. 1. 10.
	0. 0. 10.	Pro decreto, ut cogatur, captis pignoribus	0. 0. 10.
	0. 0. 0.	Pro mandato ad reluendum	0. 0. 10.
		Pro decreto de vendendo, ſervatur ſicut dictum eſt de quolibet interloquutorio.	
		Pro relatione cujuſcumque bandimenti	0. 0. 5.
		Pro actu ſubhaſtationis, ultra acceſſum Cancellarii, ad rationem, ut infra	0. 0. 10.
		Quando ſubhaſtatio petitur cum præſentia Vicarii, ſolvitur ejus acceſſus, ut infra.	
	0. 0. 10.	Pro decreto taxationis expenſarũ	0. 0. 10.
Arig.		Pro decreto immiſſionis in poſſeſſionem vigore emptionis ſub haſta, ſervetur prout de interloquutorio.	
Arig.	0. 0. 0.	Pro copia ſententiæ diffinitivæ	0. 2. 10.
Arig.	0. 0. 0.	Pro copia inſtrumẽti appellationis	0. 1. 10.
Arig.		Pro copia proceſſuum tàm civilium, quàm criminalium grana viginti quinque pro ſingulis ſex chartis: & quælibet charta contineat verſus viginti, & quilibet verſus quinque dictiones; & hæ ſolvuntur Cancellario tantùm.	
		Pro decreto clauſuræ proceſſus, ſicut de interloquutorio.	

Pro

	Vicario.		Cancellario.
	0. 0. 10.	Pro litteris commiſſionalibus, quando alicui cauſa committitur, infra ſummam ducatorum decem—	0. 0. 10.
	0. 1. 0.	Quod ſi commiſſio excedat ducatos decem uſque ad quamcumque ſummam—	0. 1. 0.
	0. 2. 0.	Pro litteris monitorialibus, & inhibitorialibus, vigore appellationis, incluſo decreto, & præſentatis ſcripturarum, dummodo ſcripturæ non excedant numerum quatuor, licèt ſit conceſſa abſolutio cum reincidentia, non tamen incluſo ſigillo—	0. 1. 10.
		Idem ſervetur in Compulſorialibus	
		Idem ſervetur in Citatorialibus, quæ expediuntur juxta ſtylum Curiæ.	
		Idem ſervetur pro monitorio generali, ſeù conſervatoriali; quando tamen expeditur non capta informatione.	
Arig.	0. 0. 10.	Pro qualibet apertura proceſſus—	0. 0. 10.
Fop.	0. 0. 10.	Pro mandato ſequeſtrationis—	0. 0. 10.
Fop.	0. 0. 10.	Pro decreto ſuper reſtitutione pignorum ſubhaſtatorum, & conſignatorum, quando exequutio non fuit ritè, ſeù rectè facta, uſque ad ſummam ducatorum vigintiquinque—	0. 0. 10.
Fop.	1. 0. 0.	Vſque ad ducatos quinquaginta—	0. 2. 10.
Fop.	2. 2. 10.	A ducatis quinquaginta uſque ad quamcumq; ſummam—	1. 1. 5.
	0. 0. 10.	Si verò reſtitutio pignorum fiat de conſenſu partium, ſolvatur decretum interloquutorium; & etiam mandatum, quod fit Depoſitario, pro quo mandato ſolvantur—	0. 0. 10.
Fop.	0. 0. 0.	Pro ſtipulatione obligationis penes acta—	0. 0. 10.
Fop.	0. 0. 0.	Pro caſſatura ejusdē obligationis—	0. 0. 10.

Pro

	Vicario.				Cancellario.		
	0.	0.	0.	Pro perquiſitione obligationis, ſeù alterius ſcripturæ, factæ ultra annum caroleni duo Archiviſtæ —	0.	1.	0.
	0.	1.	0.	Pro imploratione Brachii —	0.	0.	10.
	0.	1.	0.	Pro qualibet citatione per edictum ad inſtantiam partis, incluſo decreto —	0.	1.	0.
Arig.	0.	2.	10.	Pro decreto præambuli, vigore *l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, ſi non adſit contradictor, non incluſis aliis actis, in eadem cauſa factis —	0.	2.	10.
Arig.	—	—	—	Si verò adſit contradictor, ſolvitur, prout in ſententia diffinitiva.			
	0.	0.	10.	Pro decreto, quòd fiat inventarium bonorum defuncti —	0.	0.	10.
				Pro rogitu Inventarii, ſolvitur juxta laborem Cancellarii, computatis acceſſibus ejuſdem, à Vicario Generali taxandis.			
				Et ſi petitur aſſiſtentia Vicarii Generalis, ſolvitur acceſſus ad rationem, ut infra.			
Arig.	0.	0.	10.	Pro fide legalitatis Notarii, ſeù Cācellarii, vel cujuslibet alterius ſcripturæ, non incluſo ſigillo —	0.	0.	5.
Arig.	0.	2.	10.	Pro acceſſu ad locum differentiæ intra Civitatem —	0.	1.	5.
Arig.	1.	0.	0.	Pro acceſſu ſupradicto extra Civitatem, vel Territorium, arbitrio Archiepiſcopi, & prout cum partibus ſe concordaverint, dummodo non excedant —	0.	2.	10.
Sac. Congr. apud Nicolium verb. Taxa.	2.	0.	0.	Vicario quando accedit per Diœceſim ad inſtantiam partis, pro qualibet die, aureos duos —	0.	0.	0.
Arig.	0.	0.	0.	Actuario quando accedit per loca Diœceſis ad inſtantiam partis, cauſa examinandi teſtes, pro qualibet die caroleni octo, & expēſæ —	0.	4.	0.

	Vicario.				*Cancellario.*		
Arig.	—	—	—	Quando verò accedit ad loca Provinciæ ducatus unus, & expēſæ—			
	0.	0.	0.		1.	0.	0.
				Pro dieta Commiſſarii, qui non ſit Officialis Curiæ, quando deſtinatur contra debitores, caroleni decem pro qualibet die, quæ contineat viginti milliaria, & illos exiget à debitoribus pro rata, ſi omnes ſint ſolvendi, aliàs exiget à ſolvendis, qui poſteà recuperabunt ratam ab aliis, nec Commiſſarius ipſe prætēdet aliquid aliud pro expenſis.			
Fop.	—	—	—	Pro litteris ſubdelegationis cujuſvis cauſæ, cum inſertione reſcripti—			
	0.	1.	0.		0.	1.	10.
Fop.	—	—	—	In omnibus actis, ex delegatione Apoſtolica, ſolvitur duplum.			
				Pro cauſis oretenus, vide in rubrica *de Vicariis foraneis.*			

PRO CRIMINALIBUS

CAP. II.

	0.	0.	10.	PRo citatione ad informandum--	0.	0.	10.
	0.	1.	10.	Pro decreto protogationis termini ad comparendum——	0.	0.	10.
	0.	1.	10.	Pro decreto quando allegatur, & admittitur abſentia, vel infirmitas——	0.	0.	10.
	0.	1.	0.	Pro litteris commiſſionalibus, quando expeditur Commiſſarius ad capiendam informationem——	0.	1.	10.
Fop.	—	—	—	Quod ſi commiſſio fiat Vicario foraneo: Nihil.			
	0.	0.	0.				
	0.	0.	0.	Pro inſtrumento viſitationis corporis delicti——	0.	2.	10.
	0.	0.	10.	Pro citatione ad teſtes----	0.	0.	10.
Arig.	—	—	—	Pro quolibet teſte examinato pro fiſco cum interventu Vicarii grana			

	Vicario.				Cancellario.		
	0.	0.	10.	na viginti; & ſolvuntur quando reus petit copiam repertorū	0.	0.	10.
Fop.	—	—	—	Pro quolibet conſtituto.	0.	0.	10.
	0.	1.	0.	Pro quolibet decreto interloquutorio, antequam detur terminus defenſionum	0.	0.	10.
Fop.	—	—	—	Pro mandato de capiendo: Nihil.			
	0.	0.	10.	Pro decreto termini defenſionum	0.	0.	10.
	0.	0.	10.	Pro declaratione, quæ fit penes acta, legitimationis proceſſus offenſivi, declarando habere teſtes pro repetitis	0.	1.	0.
				Pro copia repertorum, ſervetur, prout in Civilibus pro Cancellario.			
Fop.	0.	0.	0.	Pro copia Capitulorum, vel querelæ, vel confeſſionis	0.	0.	15.
Arig.	0.	1.	0.	Pro decreto, quòd reus excarceretur ob infirmitatem, & habilitetur ad meliores carceres	0.	1.	10.
	0.	1.	10.	Pro decreto, quòd excarceretur cum cautione de ſe præſentando toties quoties	0.	0.	10.
	0.	1.	0.	Pro decreto, quòd habilitetur per Palatium, vel per Civitatem	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Pro obligatione penes acta, quæ fit á reo de tenendo domum, Civitatem, vel Palatiũ pro carcere	0.	1.	10.
	0.	3.	0.	Pro decreto, quòd liberetur in forma cum cautione de ſe præſentando novis ſupervenientibus inditiis	0.	2.	10.
				In captura fidejuſſionum Cancellarius pro periculo, quod in ſe ſuſcipit in recipienda fidejuſſione, non excedat ducatos duos pro centenario.			
Arig.	—	—	—	Pro ſententiis abſolutoriis in cauſis criminalibus, in quibus veniret imponenda ſolùm pœna pecunia-			

	Vicario.				*Cancellario.*		
	1.	0.	0.	ria ſolvantur Iudici caroleni decem, Actuariis quinque	0.	2.	10.
Arig.	2.	2.	10.	In cauſis verò gravioribus, in quibus veniret imponenda pœna corporis afflictiva, ſolvantur Judici caroleni vigintiquinque, Actuariis duodecim cum dimidio	1.	1.	5.
Arig.	5.	0.	0.	In cauſis verò graviſſimis, Judici ducati quinque, Actuariis caroleni vigintiquinque	2.	2.	10.
	0.	0.	0.	Pro qualibet contumacia	0.	0.	5.
	0.	1.	10.	Pro decreto contumaciali	0.	0.	10.
	0.	3.	0.	Pro literis executorialibus expeditis in contumaciam, ob condemnationem pœnæ comminatæ in citatione ad informandum	0.	2.	10.
	0.	1.	0.	Pro cedulonibus cenſurarum	0.	1.	0.
Arig.	0.	1.	0.	Pro decreto abſolutionis à cenſuris, dummodo non adſit aliquod delictum, propter quod alia pœna venit imponenda	0.	1.	10.
	0.	0.	0.	Pro abſolutione à cenſuris cum reincidentia, vel ad cautelã	0.	1.	0.
	0.	1.	0.	Pro remiſſione, aut exculpatione facta in curia cum interventu Vicarii	0.	1.	0.
Pop.				Pro decreto admiſſionis ad compoſitionem: nihil.			
	0.	2.	0.	Pro decreto exequtionis gratiæ factæ ab Archiepiſcopo	0.	2.	0.

Commiſſario, qui alias non eſſet officialis Curiæ, quando mittitur per Diœceſim ad capiendam informationem, pro qualibet dieta caroleni quinque, & eidem ſuppeditentur Equus, & cibaria à Fiſco, repetendi ab inquiſito, prout juris.

In qualibet die examinet Commiſſarius

ſarius ad minus tres teſtes.

Cancellario ſolvantur dietæ, prout dictum eſt de Civilibus.

Quando Commiſſarius mittitur ad inſtantiam Fiſci ſolvantur dietæ ſuper bonis inquiſiti, ſi repertus ſit culpabilis, ſi ſecus à Fiſco.

A Capitulis verò, nec domum, nec lectum, nec quidquam recipiant.

Si verò Commiſſarius mittatur ad inſtantiam partis querelantis, iſta tenebitur facere depoſitum pro dietis, & ſi inquiſitus repertus fuerit innocens, ſolvet pars querelans de proprio.

Pro cæteris verò decretis, præſentatis ſcripturarum, copiis, & aliis proviſionibus ſolvatur, prout dictum eſt de cauſis Civilibus.

Fop. ——— Pro acceſſu Judicis, vel Actuarii ad petendum remitti, vel relaxari aliquem carceratum: Nihil.

Fop. ——— In cauſis pauperum, & miſerabilium perſonarum: Nihil.

Fop. ——— Pro acceſſu Chirurgi ad inſtantiam Fiſci pro illum viſitando num poſſit torqueri: Nihil.

PRO BENEFICIALIBUS

CAP. III.

Vicario				Cancellario		
			PRo actu, & decreto præſentationis factæ, & admiſſæ ſi, & in quantum, cum ordinatione, quòd			
0.	1.	10.	expediatur citatio per edictum---	0.	0.	10.
			Pro citatione per edictum contra intereſſe prætendentes, vel habentes aliquid			
0.	1.	0.	contra———	0.	1.	0.
Arig.			———Pro productione proceſſuum in cau-			

Vicario. | *Cancellario.*

ſa juriſpatronatus, ſolvantur grana decem pro quolibet [illegible]

Innocentiana. ——— Pro ſententia in cauſa præſentationis, quando decernitur, præſentatum eſſe inſtituendum, exiſtente Promotore Fiſcali in judicio pro libertate, duos ſcutos aureos, vel equivalentem ſummam in moneta Regni.

Innoc. ——— Si verò lis ſit inter Patronos, vel præſentatos ſuper jure præſentandi, reputabitur tanquam cauſa civilis; & obſerventur, quæ dicta ſunt de ſententia, in Rubrica de Civilibus; verùm non excedat ———

5. 0. 0. | 2. 2. 10.

Si verò cauſa ſupradicta ſit gravior, taxabitur arbitrio Archiepiſcopi, vel Epiſcoporum; cum reputatur tanquam cauſa civilis.

Innoc. ——— Pro decreto, aliiſque expeditionibus, quando beneficium eſt conferendum auctoritate Apoſtolica in forma dignum, non excedat Cancellarius pro ſuo labore ſcutum unum aureum, vel ſummam æquivalentem in moneta Regni.

Quòd ſi adſit contradictor, cauſa reputetur veluti civilis.

Arig. ——— Pro captura poſſeſſionis alicujus dignitatis, vel Canonicatus intus Civitatem, ſolvatur acceſſus Vicarii, & Cancellarii, prout dictum eſt de Civilibus, & ultra acceſſum ſolvatur Cancellario inſtrumentum poſſeſſionis.

Arig. ——— Pro ſubſcriptione bullarum ob abſentiam Archiepiſcopi, Vicario nihil.

Pro fidei profeſſione facta ——— 0. 0. 10.

Pro.

	Vicario.		Cancellario.
		Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochiales, quæ tranſmittuntur ad Romanam Curiam	0. 0. 15.
Arig.	5. 0. 0.	Pro qualibet ſententia diffinitiva in cauſis juriſpatronatus, in quibus conſtito de fundatione, & dote, & aliis requiſitis, venit ferenda ſententia Canonizatoria juriſpatronatus ſolvantur	2. 2. 10.
Arig.	0. 1. 15.	Pro bulla Oeconomatus cum regiſtratione	0. 2. 0.
Fop.		Pro copia actus reſignationis beneficii in manibus Ordinarii	0. 0. 10.
Fop.	0. 1. 0.	Pro declaratione ſubreptionis litterarum Apoſtolicarum in caſibus à jure permiſſis	0. 1. 0.
Fop.		Pro litteris, ſeù bulla unionis perpetuæ alicujus Beneficii cum alia Eccleſia: Nihil.	
Sac. Congr. apud Fagn. cap. 1. n. 31. de ſimonia.		Verùm ſi Notarius non habeat ſalarium ex publico, detur ei aliquid pro ſuis laboribus, itaut non excedaat unum aureum, & dummodo ex hac pecunia nihil prorsùs percipiat Epiſcopus, vel Vicarius.	

DE EXTRAORDINARIIS

CAP. IV.

§. *I.*
De Matrimonialibus.

Innoc. — IN contrahendis matrimoniis pro juſtificatione ſtatus liberi; vel quòd non adſit Canonicum impedimentum, ſolùm Cancellarius poſſit exigere mercedem proportio-

	Vicario.		*Cancellario.*
		tionatam pro ſuo labore, tam quando recipiuntur teſtes deponentes non adeſſe impedimentum inter Cives, quàm quoties neceſſe eſt etiam conſtare de morte alterius conjugis, ſivè etiam quomodolibet pro ſtatu libero exterorum, dummodo merces in unoquoque ſupradictorum caſuum, non excedat julios decem monetæ Romanæ, vel æquivalentem valorem in moneta Regni ——	1. 0. 0.
Dec. S. Congreg. apud Fagnan. in c. 1. n. 41. de ſimonia.	——	Servetur tamen conſuetudo circa gallinas dandas Epiſcopis in ſignum lætitiæ.	
Innoc.	——	Non tamen comprehenduntur cauſæ contentioſæ ſuper validitate matrimonii, vel ſeparatione Thori, nam iſtæ reputantur tanquam cauſæ judiciales.	
Fop.	——	Pro licentia quòd fiant publicationes matrimonii: Nihil.	
Fop.	——	Pro litteris ſuperviventiæ alicujus, capta informatione ——	1. 0. 0.
		Pro exequtione litterarum Apoſtolicarum ſuper diſpenſatione in gradibus prohibitis, ſolvantur Cancellario pro examine teſtium, & decreto, Julii decem monetæ Romanæ, vel æquivalens ſumma in moneta Regni; cum declaratione, quòd non intelligantur incluſi labores, quos acciderit fieri alio titulo non tangente officium Cancellarii, & dummodo de iis Epiſcopi, vel Vicarii nihil participent.	
Fop.	0. 2. 10.	Pro fide paupertatis computatis omnibus ——	0. 2. 10.

§ II.

§. II.
De Ordinum Collatione.

PRo mandato publicandi in Eccleſia eos, qui ad minores, vel majores ordines promoveri volunt: Nihil.

Innoc. ——— Pro actis, & juſtificatione veritatis, & ſufficientia patrimonii, vel beneficii, ad cujus titulum, quis debet promoveri, ſolvantur labores Cancellarii, & non excedant ſcutum unum auri, vel ſolvatur æquivalens valor in moneta Regni.

In requiſitis, quæ debet promovendus ad ordines deducere in Curia, ſalvi ſint labores cujusque, ad quos reſpectivè ſpectat, tam in exemplandis ſcripturis, quàm dandis aliis atteſtationibus, & aliis hujuſmodi laboribus, dummodo nihil participet Cancellarius vel Vicarius.

Innoc. ——— Pro ſcriptura bullæ cujusvis ordinis ——— o. o. 15.

Arig. ——— Pro litteris comendatitiſs, & dimiſſorialibus ad finem celebrandi extra Diœceſim ——— o. 1. o. — o. o. 10.

Pro licentia celebrandi primam miſſam: Nihil.

Pro licentia celebrandi miſſam, quæ datur exteris: Nihil.

Pro litteris recipiendi ordines ab alienis Epiſcopis ſervetur prout dictum eſt, quando neceſſe eſt probare Patrimonium, vel beneficium.

	Vicario.				*Cancellario.*		
				§. III.			
				De Cenſuris.			
Innoc.	—	—	—	PRo quolibet monitorio ad finem revelandi unum julium monetæ Romanæ, vel æquivalens ſumma in moneta Regni —			
	o.	o.	o.		o.	o.	10.
	o.	1.	o.	Pro decreto fulminationis cenſurarum incluſa commiſſione, quæ datur Parocho loci, ut ad illam procedat —	o.	1.	o.
				Solvitur etiam ſigillum, ut dicetur in ejus Rubrica.			
Arig.	—	—	—	Pro proceſſu fulminatorio authoritate Apoſtolica —			
	o.	o.	o.		o.	4.	o.
	o.	o.	10.	Pro decreto, quòd concedatur copia revelationum —	o.	o.	10.
Arig.	—	—	—	Pro copia revelationum pro quolibet teſte —			
	o.	o.	o.		o.	o.	5.
Fop.	—	—	—	Pro aggravatione excommunicationis, etiam cum invocatione brachii ſecularis: Nihil.			
Arig.	o.	o.	o.	Pro ſcriptura cujuslibet interdictis	o.	o.	10.
				§. IV.			
				De alienatione bonorum Eccleſiæ.			
Nicol. verbo Taxa.	—	—	—	PRo decreto alienationis vigore *Cap. Terrulas*: comprehenſis omnibus actis unus aureus; qui cum copia decreti authentica facit in totum —			
	1.	o.	o.		o.	3.	10.
	o.	1.	o.	In cauſis verò, quando annuus reditus eſt carolenorum decem, & infra —	o.	2.	10.
				Si verò proceditur authoritate commiſſaria, ſervetur, proùt dictum eſt in ſuperioribus de cauſis commiſſariis.			
Fop.	—	—	—	Pro Regularibus in cauſis commiſ-			

ſa-

ſariis alienationum ; ut ſupra : Nihil.

§ *V.*

De Confraternitatibus, & aliis locis piis.

Note	Vicario				Cancellario		
	0.	0.	0.	PRo diplomate erectionis Confraternitatis in pergameno cũ regiſtro	1.	2.	10.
Fop.	0.	0.	0.	Pro juramento de fideliter adminiſtrando,& reddendis rationibus	0.	0.	10.
	0.	1.	0.	Pro decreto quod liceat implicare pecuniam Cappellæ in emptionem ſtabilium, vel annuorum introituum	0.	1.	0.
	0.	1.	0.	Pro decreto, quod liceat vendere animalia minus utilia in nundinis, vel alio tempore, incluſa commiſſione, quæ datur Vicario foraneo, vel Archipresbytero loci, ut aſſiſtat in recognitione animalium vendendorum, vulgo: *lo ſcarto*	0.	1.	0.
	0.	0.	10.	Quod ſi licentia detur pro uno, vel altero animali, & ſumma ſit tenuis, non excedens ducatos ſex	0.	0.	10.
				Pro diſpungendis rationibus adminiſtratorum Cappellarum, aliorumque locorum piorum,& Confraternitatum.			
				In hac Civitate, & Archidiœceſi ſervetur Edictum Eminentiſſimi Metropolitani, latum ſub die 23. Decembris 1691.			
Sac. Congr. Epiſcoporũ Saler. 17. Apr. 1682.				Pro Diœceſibus verò Provinciæ ſervetur ſolita taxa, dummodo correſpondeat operi, & labori, & ratiocinator non ſit familiaris, vel domeſticus Epiſcopi.			

§. *VI.*
De Monialibus.

Innoc. ——— Servetur in hac materia in omnibus taxa Innocentiana; & contententur illis comeſtibilibus, quæ ſint proportionata uſui, & conſumptioni propriæ intra tres dies.

§. *VII.*
De Viſitatione.

Pro Archidiæceſi ſervetur bulla Pauli PP. III. anno 1538. 10. kal. Sept. quod Procuratio ſolvatur in pecunia numerata, iuxta ſolitũ. ——— Procurationes in ſanctis Viſitationibus recipiantur moderatè; ſalvæ tamèn ſint conventiones firmatæ cum Capitulis, & aliis Eccleſiis, & Cappellis de dandis victualibus in pecunia.

Pro copia decretorum Viſitationis, ſi Notarius non habeat aliud ſalarium, ſolvatur granum unum pro quolibet decreto.

Arig. ——— Advertendum tamen eſt, quòd pro Viſitatione Eccleſiarum Parochialium, non exigat Notarius ultra Carolenos quinque ——— 0. 2. 10.

Arig. ——— Et pro viſitatione aliarum Eccleſiarum minorum ——— 0. 1. 10.

Gavant. de viſit. Epiſcop. §. 2. annot. circa 17. ——— Pro copia actorum Viſitationis ſolvantur à viſitatis grana quinque pro quolibet folio duarum paginarum; quando ſimiliter Notarius non habet aliam proviſionem, & hoc pro labore ſcripturæ tantùm, nec Notarius recipiat præſentatas Bullarum.

DI-

DIVERSORUM.

CAP. V.

	Vicario.				Cancellario.		
Arig.	0.	1.	0.	PRo abſolutione à juramento ad effectum agendi, quilibet ſolvat carolenos quinque	0.	1.	10.
				Et ſi fuerint plures, non excedant carolenos quindecim.			
Fop.				Pro litteris Patentalibus Vicarii foranei	3.	0.	0.
	0.	0.	10.	Pro licentia examinandi Clericos in teſtes, coram Judice laico in Civilibus tantùm	0.	0.	10.
	0.	0.	10.	Idem ſervetur pro licentia, quæ datur Clericis, qui volunt cauſam propriam criminalem, ſed citra pœnam ſanguinis, exponere coram Judice laico	0.	0.	10.
				Pro licentia, quæ datur Clericis agendi coram Judice laico cauſam civilem propriam, vel ſuorũ conſanguineorum in primo, vel ſecundo gradu, vel pauperum, vel Eccleſiæ ad menſem gratis.			
	0.	0.	10.	Si verò velit adire Curiam laicalem pro cauſa extraneorum, tunc pro ſingulis quatuor menſibus	0.	0.	10.
				Pro licentia, quæ datur Capitulis, & aliis Eccleſiis acceptandi onera miſſarum gratis; & ſolum ſolvitur labor pro copia, dummodo non excedat	0.	0.	10.
				Pro approbatione ad audiendas confeſſiones: Nihil.			
				Pro licentia adminiſtrandi Sacramenta: Nihil.			
				Pro licentia inſerviendi beneficiis: Nihil.			
				Pro licẽtia ſepelliendi defunctos in			

Ec

	Vicario.				*Cancellario.*		
				Eccleſia: Nihil.			
				Pro licentia colligendi eleemoſynas: Nihil.			
				Pro litteris patentalibus alicujus Eremitæ: Nihil.			
	0.	0.	0.	Pro teſtamento vulgo dicto: *dell'Anima* à ducatis quinquaginta ſuprà ——	1.	0.	0.
	0.	0.	0.	A ducatis quinquaginta, & infra —	0.	2.	10.
				Pro ſcriptura diplomatis impoſitionis primarii lapidis, conſecrationis Eccleſiæ, vel altaris in pergameno, incluſis omnibus, pro labore Notarii aureus unus, vel æquivalens ſumma in moneta Regni; dummodo Notarius non habeat aliud ſalarium; qui aureus in moneta Regni valutatur ——	1.	3.	0.
Fop.	——	——	——	Pro reaſſumptione habitus Clericalis incluſo proceſſu, & decreto —			
	3.	0.	0.		2.	0.	0.
	0.	0.	0.	Pro litteris patentalibus Curſoris —	1.	1.	0.
				Pro litteris Patentalibus Diaconi Salvatici ——	0.	2.	10.
Fop.	——	——	——	Pro ſalvo conductu, ſeu: *non gravetur* ex quavis juſta cauſa: Nihil.			
Fop.	——	——	——	Pro pace facienda in actis ante tres dies in caſibus permiſſis ——			
	0.	0.	0.		0.	0.	10.
Fop.	0.	0.	0.	Pro atteſtatione Styli Curiæ ——	0.	1.	0.
				Pro quacumque diſpenſatione authoritate ordinaria, quæ conceditur etiam cauſa cognita: Nihil.			
				Pro litteris Archiepiſcopi, vel Vicarii, quæ mittuntur ad almam Urbem pro obtinenda aliqua aggregatione Confraternitatum: Nihil.			
				Pro prorogatione termini in adimplendis decretis ſanctæ Viſitationis: Nihil.			

Pro

	Vicario				Cancellario		
Fop.				Pro cautione eorum, qui admittuntur in Seminario: Nihil.			
Fop.				Pro atteſtatione admittendorum in Seminario: Nihil.			
				Pro licentia diſcendendi à Diœceſi ad tempus	0.	0.	11.
Fop.	0.	0.	10.	Pró licentia tranſportandi cadaver ab uno loco ad alium	0.	1.	0.
Fop.	0.	0.	0.	Pro præſentatione fidei infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti illius, qui non poteſt intereſſe Synodo Diœceſanæ, ſivè Provinciali	0.	1.	0.

JURA PRO SIGILLO

CAP. VI.

	Vicario				Cancellario		
Arig.	0.	0.	0.	Pro qualibet bulla beneficii vacantis per mortem, reſignationem, vel quovis alio modo.	1.	2.	0.
Arig.	0.	0.	0.	Pro qualibet citatione per edictum in cauſa jurispatronatus	0.	1.	0.
				Pro gratia facta ab Archiepiſcopo, pro arbitrio, juxta qualitatem cauſæ.			
	0.	0.	0.	Pro qualibet citatione per edictum in cauſis civilibus, vel criminalibus	0.	1.	0.
	0.	0.	0.	Pro licentia examinandi teſtes coram Iudice laico in civilibus tantùm	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Pro licentia, quæ datur Clericis volentibus adire Curiam laicalem pro quacumque cauſa civili, tàm propria, quàm Eccleſię, tam conſanguineorum, quàm pauperũ	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Pro licentia exponendi quærelam Criminalem citra pœnam ſanguinis	0.	0.	10.

	Vicario.				*Cancellario.*		
	o.	o.	o.	Pro litteris ſupervivẽtiæ alicujus—	o.	o.	10.
	o.	o.	o.	Pro bulla Oeconomatus———	o.	2.	10.
	o.	o.	o.	Pro abſolutione à juramento, etiam ſi fuerint plures ———	o.	1.	o.
				Pro litteris dimiſſorialibus, quæ conceduntur Præsbyteris ad alienas Diœceſes tranſituris: Nihil.			
				Pro litteris recipiendi Ordines ab alienis Epiſcopis: Nihil.			
				Pro licentia audiendi Confeſſiones: Nihil.			
				Pro licentia adminiſtrandi Sacramenta: Nihil.			
				Pro licentia deſerviendi beneficiis curatis: Nihil.			
				Pro licentia erigendi Cappellas: Nihil.			
				Pro licentia colligendi eleemoſynas: Nihil.			
				Pro licentia ſepeliendi cadavera in Eccleſia: Nihil.			
				Pro mandato publicandi initiandos ad minores ordines, ſivè majores: Nihil.			
				Pro diſpenſationibus ad duo beneficia: Nihil.			
				Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochiales: Nihil.			
Arig.	———	———	———	Pro quolibet mandato cum clauſula			
	o.	o.	o.	juſtitiæ extra Civitatem———	o.	o.	10.
Arig.	o.	o.	o.	Pro litteris citatorialibus———	o.	o.	10.
Arig.	———	———	———	Pro litteris inhibitorialibus, & com-			
	o.	o.	o.	pulſorialibus———	o.	1.	o.
				Pro litteris monitorialibus genera-			
	o.	o.	o.	libus———	o.	o.	10.
Arig.	———	———	———	Pro litteris exequtorialibus à decem ducatis infra———	o.	o.	10.
Arig.	———	———	———	Et à decem ducatis uſque ad quin-			
	o.	o.	o.	quaginta———	o.	2.	o.
Arig.	———	———	———	Et à ducatis quinquaginta uſque ad			

quam-

	Vicario.				*Cancellario.*		
	0.	0.	0.	quamlibet ſummam	0.	2.	10.
	0.	0.	0.	Pro litteris commiſſionalibus in Diœceſi	0.	0.	10.
Arig.	—	—	—	Pro qualibet proviſione in Diœceſi	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Quando apponitur in imploratione brachii ſæcularis	0.	1.	10.
	0.	0.	0.	Quando apponitur in cedulonibus ad inſtantiam partis	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Pro litteris patentalibus Vicarii foranei	0.	1.	0.
Arig.	—	—	—	Pro litteris commendatitiis, & dimiſſorialibus	0.	0.	10.
	0.	0.	0.	Pro quolibet monitorio ad finem revelandi	0.	1.	0.
	0.	0.	0.	Pro quolibet proceſſu fulminatorio auctoritate Apoſtolica	0.	1.	0.

DE PROCURATORE, ET ADVOCATO FISCALI,

CAP. VII.

Arig. ——— HAbeat Procurator Fiſcalis prō compoſitionibus in poſterum faciendis, ducatos quinque pro quolibet centenario; quæ quantitas detrahatur à compoſitione perſolvenda ab ipſo delinquente, non autem ab extrà, proùt hactenùs ſervatum fuit; nec dictus Procurator, ultra dictam mercedem, poſſit petere aliquod viaticum, ſeù emolumentum.

Quando verò Procurator Fiſcalis accedit ad oppida noſtræ Diœ-

Cum verò accedit Advocatus Fi-ſcalis, ſervetur quæ dicta ſunt de Vicario Generali.

DE VICARIIS FORANEIS

CAP. VIII.

IN omnibus actis, quæ fiunt coram ipſis ex delegatione Curiæ Archiepiſcopalis, nihil ultra exigant à partibus, niſi emolumenta juxta hanc taxam Tribunalis; Pro labore autem ipſius Vicarii, & Cancellarii detrahant ex ipſis emolumentis, ſic perceptis, quartam partem inter eos æqualitèr dividendam.

Quando tamen opus erit voto Conſultoris, ex ipſis actis, quibus accedit opera Conſultoris, detrahant tertiam partem emolumentorum inter ipſum Vicarium, Conſultorem, & Cancellarium æqualitèr dividendam.

Reliqua verò emolumenta, una cum actis ad curiam Archiepiſcopalem tranſmittant, cum nota diſtincta: utque ex omni parte conſulatur indemnitati litigantium, notent Cancellarii locorum in calce cujuſque expeditionis quātum pro illa ſolutum eſt.

In cauſis, quæ fiunt oretenus, tàm coram Vicario Generali, quàm coram Vicariis foraneis ſervetur, ut infrà.

Pro mandato, ſeù *Cartella* de ſolvendo, à carolenis viginti, uſque ad triginta ————	0.	0.	3.

A ca-

A carolenis decē uſque ad viginti	o.	o.	2.
A decem, & infra	o.	o.	1.
Pro termino dilationis prætoriæ ad ſolvendum	o.	o.	1.

Pro pœna inſtrumentali

C A P. I X.

Arig. — PRo incuſatione inſtrumentorum nulla exigatur pœna, proùt per prius exigebatur.

Rota coram Roxas dec. 138. — Animadvertendum tamèn eſt, quòd *Sacra Rota* damnavit ſtylum Curiarum Eccleſiaſticarum, ſivè etiam conſtitutiones Synodales approbantes ritum liquidandi inſtrumenta ſecundum formam ritus M. C. V.; nihilominus licitum eſt cuilibet Epiſcopo in ſua Diœceſi propriam conſtitutionem facere, & in ea apponere pęnam pecuniariam ob perjurium debitoris in non ſolvendo juxtà juramento promiſſa, & modum in executione paratiſſima ejuſdem inſtrumenti indicere--

De Mercede Baroncelli, & aliorum in exequtionibus perſonalibus

C A P. X.

PRo omni captura perſonali fa:

quàm extrà pro una dieta prò ſe, & uno exequtore, ſeù Soldato — 0. 2. 10.

Et ſi Baroncellus non accedit de perſona, habeant exequtores, qui ibunt, grana viginti per quemlibet pro ſingula dieta, & Baroncellus: Nihil.

Pro qualibet captura perſonali in cauſa Criminali intus Civitatem, & extra, uſque ad pontes grana decem — 0. 0. 10.

Ultra pontes per totum territorium, & extra pro una dieta pro ſe, & uno milite — 0. 2. 10.

De Mercede pro exequtionibus realibus.

C A P. X I.

Arig. — PRo qualibet exequtione reali tàm in Civitate, quàm in ejus Territorio grana tria pro quolibet ducato; & extra territorium, & in reliquo Diœceſis grana quinque pro quolibet ducato, dummodo non excedat in totum ſummam ducatorum quatuor, tàm in Civitate, quàm in Diœceſi pro qualibet ſumma, in qua non comprehendatur taxa catolenorum quinque pro dieta, ut ſupra.

Arig. — Facta exequtione reali non poſſit prætendi merces pro exequtione perſonali.

Arig. — Merces exequtionis realis non poſſit prætendi ſi fiat, & ſit de re minima.

Si exequtio realis non ſit facta pro

to-

toto credito, ſeù pro majori parte, ſolvatur pro rata.

Si verò facta ſit pro re minima nihil poſſit prætendi, ut ſupra

Quando exequtor incedit per Provinciam pro cauſis civilibus, & Criminalibus, dentur eidem caroleni octo pro qualibet dieta, & caroleni duo pro quolibet ſerviente, ſeù famiglio, & etiam expenſæ victus.

Arig. ——— Quando accedit per Diœceſim, & locus diſtat ultra dietam, etiam dentur caroleni octo pro qualibet dieta, incluſo etiam equo; & inſuper habeat mercedē pro exequtione reali, quam fecerit modo, quo ſupra expreſſum eſt.

Quoties citatur aliquis, & ſponte comparcat, licèt poſtea carceretur à Iudice, vel habilitetur per Palatium, vel alibi, Baroncello: nihil detur.

Pro qualibet aſſociatione, ad effectum capiendi poſſeſſionem; vel pro ſequeſtro, aut diſſequeſtro, tam in Civitate, quàm in territorio, & Diœceſi, dentur Baroncello caroleni quinque, non obſtante, quòd actus, qui expletur importet quamcumque ſummam.

De Cuſtode Carcerum.

C A P. XII.

ma die grana quinque————	o.	o.	5.
A prima die uſque ad dies quindecim ſolvantur grana tria pro quolibet die————	o.	o.	3.
Et ſi ultra dies quindecim, uſque ad quodcumque tempus, ſolvantur in totum Cuſtodi carcerum caroleni quinque————	o.	2.	10.
Et ſi occurrat ponere compedes, vel manicos ferreos de ordine Officialium, habeat carolenos duos; & ſi caſus erit, ut apponat, & auferat, non ſolvantur, niſi pro prima vice caroleni duo————	o.	1.	o.
Pro qualibet empara, ſivè arreſto carolenus unus————	o.	o.	10.

Quando Vaſſalli Menſæ Archiepiſcopalis carcerabuntur, ſolvant pro medietate mercedes ſupra taxatas, caveant ab extorſionibus quocumque modo.

Pro Mandatariis, ſeù Juratis.

CAP. XIII.

Arig. ———— PRo qualibet citatione verbali in Civitate, & extra uſque ad pontes medietas unius grani, vulgariter *un torneſe*.

Et à pontibus per territorium————	o.	o.	5.
Pro quolibet mandato, citatione, vel intimatione facta in ſcriptis intus Civitatem granum————	o.	o.	1.
Extra Civitatem uſque ad pontes—	o.	o.	2.
Quando ibit per Diœceſim ad citandum aliquem ad inſtantiam partis, ſolvantur caroleni tres quolibet die————	o.	1.	10.

In caſu ſupradicto ultra dietam ca-

ro-

rolenorum trium nihil aliud ſolvatur pro citatione, quam fecerit ea die in loco, ubi moratur, ultra ſupradictos carolenos tres.

Pro exequtione, quam faciunt intus Civitatem pro cauſa civili uſque ad carolenos triginta ſolvatur illis merces pro medietate.

De Advocatis, & Procuratoribus.

C A P. XIV.

Arig. ADvocati, & Procuratores ſub quovis prætextu non poſſint petere pro eorum patrocinio quãtitatem aliquam ad rationem pro centenario, cum id ſapiat pactum de quota litis, & Canonicis Conſtitutionibus adverſetur, ſed ſint contenti: de eo, quod partes illis antea ſolverint; dummodo non in ingratitudinis vitium incurrant, quid minimum ſolvendo, ſed habita ratione cauſæ, & litigantium, arbitrabitur bonus Judex.

Die 14. Menſis Aprilis 1693.

Retroſcripta taxa recognita, & approbata fuit per Nos infraſcriptos Commiſſarios ad hoc ſpecialiter à S. Synodo Provinciali deputatos, mediante Decreto in Congregatione ſecreta lato ſub die nona currentis Menſis, & in fidem, &c.

FR. VINC. MARIA CARD. ARCHIEP. METROP.

Jo: Baptiſta Epiſcopus Theleſinus Commiſſarius.

Franciſcus Antonius Epiſcopus Aſculanus Commiſſarius.

Dominicus Epiſcopus Lucerinus Commiſſarius.

Fabritius Epiſcopus Guardień Commiſſarius.

QUoniam ſupradicta taxa fuit mediante decreto Sac. Concil. Provincialis, lato in hac tertia ſeſſione, approbata, mandatumque illam publicari, & obſervari debere, hinc cognoſcentes, quod querulæ ſubditorum voces quandoque per Archidiœceſis, Diœceſumque loca ſparguntur, & ad nos perveniunt, per quas conqueruntur maximas ſummas in emolumentis fori Eccleſiaſtici ſe in ſuis cauſis expendiſſe; & tamen nota ſportularii Curiæ id non eſſe verum demonſtrat; facileque eſt negotium, ut pecunia litigantium per alienas manus tranſiens, diminutionem patiatur; mandamus propterea, ut præſens taxa typis detur; illiuſque copiæ non ſolum affixæ ſemper maneant in Cancellaria fori Metropolitani, & Epiſcopalium noſtræ Provinciæ, ac ſerventur in ipſarum Curiarum Archivis, ſed & conſignentur Capitulis Cathedralium, ut inviolabiliter obſerventur, & ſciat unuſquiſque quantitatem expenſarum neceſſariarum in expeditione negotiorum, & inſuper præcipimus, ut Advocati, Procuratores, aliique negotiorum geſtores fideliter pro unoquoque negotio ab ipſis expedito mittant ſuis Clientulis notulas expenſarum erogatarum, & propriarum functionum, prout etiam ſervant Curiales Almæ Urbis; quòd ſi eas non reſpondentes ſportulario Curiæ invenerimus, ſciant, ſibi poſtulandi munus fore interdicendum, aliaſque pœnas pro modo culpæ ſe daturos pro arbitrio noſtro, & Reverendiſsimorum Coepiſcoporum in ſuis Diœceſibus, & ita, &c. omni, &c. Datum hac die 16. Aprilis 1693. in tertia ſeſſione Conciliari.

FR. VINC. MARIA CARD. ARCHIEP. METROP.

J. *Foderus Secr. Synodi.*

VA1 1528843